



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,  
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &  
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque  
obeundi**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ, 1690**

Praxis studendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

naq; lectione transigas. Quando legis De-  
us tibi loquitur, quando oras, cum Deo  
loqueris, ais S. Augustinus in psalm. 85.  
Hinc Clericos hortatur S. Ambrosius L.I.  
off. cap. 20. Cur non illa tempora, quibus  
ab Ecclesia vacas, lectioni impendas? cur  
non Christum revisas, Christum alloqua-  
ris, Christum audias? illum alloquimur  
cum oramus, illum audimus, cum divina  
legimus oracula. Quid nobis cum alienis  
domibus?

### Praxis studendi.

I. Studia & lectionem auspiciare, non  
ex amore propriae existimationis, curiosi-  
tatis, delectationis, naturalis propensionis  
aut lucri temporalis: sed purissimâ inten-  
tione gloriae divinae, ac salutis, perfectio-  
nisq; propriae & alienae.

II. Diffide tibi; confide Deo, & per  
Christi merita ac Sanctorum patrocinia,  
gratiam proficiendi postula.

### Oratio ante Studia.

I. Ad Deum Patrem.

Omnipotens sempiternae Deus, Pater  
luminis, desidero nomen tuum mani-  
festare hominibus, eosque ad cognitio-